ad Metropolitam, et omnes Episcopos Russiæ mittere, et declarare se credere iuxta hæc nostra scripta Fidei professionem Instrumentum ubi conforme professioni nostræ inventum, et pro conformi declaratum fuerit, tenebuntur homines Ritus Græci sub Dominio Sacræ Regiæ Maiestatis immediate a dicto Patriarcha dependere. Hæc ex punctis Vladislai IV.

Item Patriarcha Constantinopolitanus post emissam iuxta hæc scripta Fidei professionem, fruatur omnibus illis Juribus, quibus fruebantur Constantinopolitani Patriarchæ, antea in Vnione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ existentes.

Ipse Dominus, qui est Pax nostra, qui facit vtraque vnum faciat, ut sit Vnum Ouile, et unus Pastor. Fiat, Fiat.

Finis, et Laus Deo, Beatæque Virgini Mariæ.